

M. Luther, Römerbriefauslegung 1515/1516, hier: WA56, 436-440

Auslegung von Röm 11,22ff.

**Vide ergo bonitatem* [11, 22].

[7] Ex hoc loco docemur, dum Iudeorum Vel hereticorum Vel aliorum
[8] casum videmus, non ipsos ruentes, Sed opus Dei in illis
consideremus, vt [9] timere exemplo aliene infelicitatis Deum discamus
et nullo modo presumere. [10] Est enim hec notabilis doctrina Apostoli
nos erigentis magis [11, 12] ad operantis ex opere considerationem quam
ad aliorum nobiscum comparationem.

[13] Contra quod multi mira stultitia superbiunt Et Iudeos Nunc canes,
[14] Nunc maledictos, Nunc, vt libet, appellant, Cum ipsi etiam | eque |
nesciunt, [15] Qui aut quales sint coram Deo. Audacter prorumpunt in
blasphemias [16] agnominationes, Vbi debuerant compati illis Et sibi
similia [17] timere. Ipsi econtra quasi certi de se et illis temere
pronunciant se velut [18] benedictos et illos maledictos. Quales nunc sunt
Colonienses theologi, [19] Qui non pudent zelo suo stultissimo in suis
articulis, immo inerticulis et [20] ineptiis Iudeos dicere maledictos.

Quare? Quia sunt obliti, Quod [21] c_l apitulo sequente dicitur:
‘Benedicite et nolite maledicere’ Et alibi: [22] ‘Maledicimur et
benedicimus, blasphemamur et obsecramus’, vi et maledictis [23] Iudeos
volunt conuertere; Sed resistat illis Deus.

[24] *Nolo vos ignorare* [11, 25].

[25] Ex isto textu accipitur communiter, Quod Iudej in fine mundi sint
[26] redituri ad fidem, quamquam ita obscure, vt nisi auctoritatem patrum

[Rm 11, 25 18 Vgl. z. B. Arnold von Tungern, Articuli (s. o. S. 301 zu Z. 26) mit den bekannten vorgedruckten Epigrammen der Kölner, sogleich am Eingange Bl. B I. Verwiesen sei übrigens auf L.s teilweise anders gerichtete Äußerungen in den Briefen von 1514 (Enders I, Nr. 6. 8). Zu erinnern wäre auch daran, daß Pfefferkorns Beschrymung, deren — spätere — lateinische Übersetzung in der Vorrede das Datum: Juli 1516 trägt, Albrecht von Mainz gewidmet ist, und daß ein lateinischer Druck über die Verbrennung Pfefferkorns in Halle in Wittenberg herauskam, dat. 8. Okt. 1515 (Böcking, Hutteni Opera, Suppl. II, 85). Anderes bei Böcking a. a. O. 53ff. 19 inerticulis in diesem Sinne nicht bekannt 21 Rm 12, 14 22 1 Cor 4, 12f. 25 So die Gl. ord. und Lyra. Augustin, der anders auslegt (z. B. ep. 149, 19, Migne 33, 638) ist in der Gl. ord. ganz in diesen Zusammenhang gestellt. Übrigens vgl. Chrysost. Homil. in ep. ad Rom. 19, 7, Migne, Patr. gr. 60, 592 und Ambrosiaster z. St., Migne 17, 159]

[Seite 437]

[2 posse videatur cf posset loco Apostoli in anderem Duktus mit sich entsprechenden Strichen ü. d. Z. eingeschaltet 6 deutro so 8 Ü. deum ein überflüssiger Abkürzungsstrich 13 in In(o) nouissimo 14 tinea statt des getilgten

putredo 16 <Amen> Ecce 21 <scil.> hoc 25 Gen. 37 a. l. R. zu Z. 25 add. 27 in nachträglich zu inter ergänzt]

[1] sic Apostolum exponentium sequi voluerit, Nullus ex textu aperte conuinci [2] posse videatur. Consonat autem huic | loco Apostoli | et Dominus [3] Luce 21. dicens: 'Erit pressura magna super terram et ira populo huic. [4] Et cadent in ore gladii et captiui ducentur in omnes gentes. Et Ierusalem [5] calcabitur a Gentibus, donec impleantur tempora Nationum'; hoc est, [6] quod hic dicit: donec plenitudo Gentium intraret. Et Moses Deutro. 4., [7] Vbi prophetauerat eos ducendos per omnes gentes, secutus dicit: 'Nouissimo [8] autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum et audies [9] vocem eius, quia Deus misericors Dominus Deus tuus est.' Item Osee 3.: [10] 'Dies multos sedebunt filii Israel sine rege et sine principe et sine sacrificio [11] et sine altari et sine Ephot et sine Theraphin. Et post hec reuertentur [12] filii Israel ad Dominum Deum suum et ad Dauid regem suum. Et pauebunt [13] ad Dominum et ad bonum eius in nouissimo dierum.' Idem c. 5.: [14] Bl. 120b. 'Ego quasi *tinea Ephraim et quasi putredo domui Iuda.' Et infra: [15] 'Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis et queratis faciem [16] meam.' Iterum Dominus Matt. 23.: 'Ecce relinquetur vobis domus [17] vestra deserta. Amen dico Vobis, Non Videbitis me, donec dicatis: benedictus, [18] qui venit in nomine Domini.' Secundum hoc ergo [19] sensus Apostoli Est: 'Nolo Vos ignorare, fratres, mysterium', i. e. Nolite [20] superbire; Sacrum secretum est, quod Iudej ceciderunt, quod nullus [21] hominum nouit, hoc scil., Quod Iudej nunc lapsi reuertentur et salui [22] fient, postquam Gentes secundum suam plenitudinem electionis intrauerint. [23] Non manebunt foris inejernum, Sed reuertentur tempore suo. [24] Et huius rei figura multum clara est, Quod Ioseph, figura Christi, [25] a suis fratribus venditus in Egyptum || Genes. 37. || et ibi in regnum [26] eleuatus, tandem a patre suo et fratribus insperate agnitus est, vt Genesis [27] circa finem pulchre. Ita et Iudej, Qui Christum eiecerunt in|ter|

[3 Lc 21, 23. 24 6 Deut 4, 30f. 9 Hos 3, 4. 5 13 Hos 5, 12 14 l. c. 15 16 Mt 23, 38. 39 24 Vgl. Gen 37, 28. 41, 40f. 27 Vgl. Gen 45, 3. 46, 29. In der Gl. ord. und der moralischen Auslegung Lyras zu den zitierten Stellen sind die bekannten Parallelen zwischen Joseph und Christus gegeben und in der Biblia pauperum in der Verschwörung der Brüder gegen Joseph bildlich dargestellt, mit Verwendung von Gen 37, 32 (edd. Leib und Schwarz, 1867, XVII); doch scheint die Wendung, die L. dieser Allegorie hier gibt, ihm eigentümlich zu sein]

[Seite 438]

[3 Allegat cf dix[it] 5 Et cf Cum 9 <et> per 12 Cum bis eorum unterstrichen 17 ab cf ex]

[1] Gentes, vbi nunc regnat, tandem ad eum venient, fame verbi coacti,
[2] inter Gentesque suscipient.

[3] Et hoc Apostolus Indicat, quando Allegat Isaiam ad illud, quod [4]
dixit: Et sic omnis Israel saluus fieret [11, 26]. Isaias autem nostra
translacione [5] sic habet 59.: ‘Et venerit Zion Redemptor et eis, qui
redeunt [6] ab iniquitate in Iacob.’ Non autem redeunt ab iniquitate, Nisi
qui [7] sunt in illa, Vt Nunc Iudej. ‘Impietas’ enim seu ‘iniquitas’, Grec̄e
[8] ‘Asebia’, significat non quodlibet peccatum, Sed peccatum contra
cultum [9] Dei i. e. contra fidem, per propriam Iustitiam, quod Hebraice
‘Rasche’ [10] dicitur, Eccles. 8.: ‘Non saluabit Impietas Impium’, i. e.
Iustitia propria [11] (vt putat) non saluabit, quia est non Iustitia, Sed
Impietas.

[12] Quod autem addit: *Cum abstulero peccata eorum* [11, 27], Non est
[13] in Isaia, sed per Apostolum Vel additum Vel ex aliis prophetis
adductum. [14] Indicat autem differentiam testamentorum. Quia
testamentum [15] prius fuit, in quo nos auximus peccatum. Sed
testamentum nouum est, [16] in quo Deus abstulit peccatum. Ideo Vult
dicere: Hoc est testamentum [17] remissionis peccatorum, in quo ‘auertet
impietatem ab Iacob’, Sicut [18] illud testamentum commissionis
peccatorum, in quo conuersi sunt ad [19] Impietatem. Christus ergo
Iudejs nondum venit, Sed veniet, scil. in [20] nouissimo, Vt supra dicte,
authoritates. Sic enim oportet Apostolum Exponi, [21] de aduentu Christi
mystico in Iudejs. Alioquin autoritas illa Isaie [22] clare impleta est per
aduentum corporalem Christi. Ideo dixi, Quod [23] obscure loquitur
Apostolus, Et nisi patrum intelligentie credamus, Non [24] hoc ex textu
eius eliceremus. Igitur Nunc quidem ‘ex parte contigit [25] cecitas in
Israel’, tunc autem Non ex parte, Sed omnis Israel saluus fiet. [26] Nunc
ex parte salui facti sunt, Sed tunc omnes.

[27] Bl. 121. ***Corollarium.**

[28] Hoc Nomen ‘mysterium’ hoc loco absolute accipitur pro eo, quod
[29] incognitum est, Non secundum vsitatum modum, quo ei respondet
‘figura’

[5 Jes 59, 20 (Vulgata); impietatem übersetzt Faber, braucht aber in der
Paraphrase auch iniquitatem. Erasmus (in der Übersetzung: impietates)
exegetisiert in den Annotatt. z. St. das iniquitatem der Vulgata mit: ὄσεβείατις i. e.
impietates. Reuchlin im Lex. hebr.: peccatum, impietas (s. o. S. 284 Z. 4, 290 Z.
11). Hier ist dafür auch der Wortlaut von Eccles 8, 8 angegeben 12 Faber zitiert
ausführlich Jesaia, merkt aber so wenig wie Erasmus den Zusatz des Apostels zu
Jes 59, 20 (nach Jes 27, 9) an 15 Vgl. Lyra zu testamentum (11, 27): i. e. fides
catholica in novo testamento publicata 20 S. die Schriftstellen o. S. 437 Z. 3ff. 22
S. o. S. 436 Z. 26 28 Die Auslegung des Wortsinnes von mysterium nach

Erasmus' Annotatt. z. St. S. auch zur Gl. L.s S. 113 Z. 11. L. richtet sich auch gegen Faber, der im Komm. z. St. sagt: Tunc filii Israel literam linquent etc.]

[Seite 439]

[4 <Inde> Vt infra 5 n. Colosenses ist Raum für 3 Zeilen gelassen 6 textum] te cf p 16 gentes ü. das getilgte euangelium geschrieben 22 Secundum Euangelium quidem unterstrichen 24 & & deus]

[1] Vel 'litera', Sicut dicitur 'mysticus sensus', quia alius est in superficie, [2] alius in recessu. Sed absolute Misterium Est id, quod omnes latuit, Scil. [3] Quod Gentium plenitudo esset intratura cadentibus aliquibus Iudejs. [4] Vt et alibi dicit, Vt infra 16.: 'Secundum reuelationem mysterii temporibus [5] eternis taciti'. Et 1. Colosenses.

[6] Per totum enim textum illum intendit suadere reuersionem illius [7] populi. Ideo Vt Apostolus intelligatur recte, Sciendum, Quod Sermo [8] eius fertur super totam illam Massam Iudaici populi et respicit tam preteritos [9] quam presentes quam futuros bonos. Etsi sunt quidam in eis [10] reprobis, tamen Massa illa honoranda est propter electos. Sicut Communitas [11] quecumque est honoranda propter bonos, etsi sunt pauciores [12] malis. Vnde Currit hic Regula vna de intellectu Scripture, Quod simul [13] loquitur de bonis et malis in eodem corpore mystico existentibus — Sic [14] enim Iudaicus populus Est 'Massa Sancta' propter electos, Sed 'rami [15] fracti' propter reprobos; Ita Sunt 'plenitudo' et 'diminutio'; Item Sunt [16] 'Inimici propter Gentes' Et tamen 'Charissimi propter patres' — Semper [17] de eisdem loquens diuersa propter diuersitatem in eisdem repertam. [18] Quod sonat, quasi eosdem personaliter Inimicos et Charissimos velit [19] haberi, Cum tamen personas distinguat, Sed eiusdem masse asserat. Ideo [20] et 'massam' appellat, vt non de singulis personis, Sed de toto genere se [21] loqui ostendat, in quo multi sint non sancti.

[22] *Secundum Euangelium quidem* [11, 28].

[23] Istud Inimici passiuè hoc loco capitur pro eo, quod est: sunt odibiles [24] et Deus eos odit, ac per hoc et Apostoli et omnes, qui sunt Dei. Quod [25] satis indicat antithesis illa: Charissimi autem, q. d. sunt oditi et tamen [26] dilecti, q. d. Massa diligitur et oditur: oditur 'secundum euangelium [27] propter vos', i. e. quia vos diligimini secundum euangelium, ideo illi [28] odiuntur secundum euangelium; Sed tamen diligitur propter patres secundum [29] electionem, i. e. quia electio ex illis adhuc assumit; ideo propter [30] patres, quia et ipsi sunt Amici.

[4 Rm 16, 25 5 Vgl. Col 1, 26 12 Gemeint ist Lyras zweite Regel für das Schriftverständnis, s. o. S. 175 zu Z. 20 14 massa V. 16 23 Besonders gegen Fabers Kommentar z. St.]

[Seite 440]

[1 Sine bis & unterstrichen 6/8 Vnde bis perdit in kleinem Grade a. l. R. add. (von Z. 2 ab) 7 penitentiam 9 O bis dej unterstrichen O Altitudo cf Quam In[comprehensibilia] 17 Der übrige Raum 3/5) der Seite leer 18 Ca 19 Obsecro Vos fratres nachträglich add. und unterstrichen 25 diligentissime] e a. E. cf u]

[1] Bl. 121b. **Sine penitentia enim sunt dona et etc.* [11, 29].

[2] Hoc est verbum preclarum. Quia Nullius meritis neque demeritis [3] mutatur consilium Dei. Non enim penitet eum sui doni et vocationis [4] promisse, Quia illi nunc sunt indigni et vos digni. Non mutatur vobis [5] mutatis, ideo reuertentur et adducentur tandem ad veritatem fidei. [6] ||

Vnde In Grec_lo ‘Amitamelita’ i. e. Impenitibilia ‘sunt dona Dei’ etc. [7]

Non ergo ad nostram penitentiam refertur, Sed ad Deum, quem penit_l et [8] eius, quod mutat ac perdit. ||